

1164 subveniat, rogans, quod si non fit, regnum Ungarie
se amisisse dicit. Hec rex audiens in persona sua
se eis auxilium ferre promittit. Nuntii legati hec
regine et Ungaris referunt. Non fit mora¹; expeditio
et conventus primalibus Prage indicitur, fit. Rex
voluntatem suam eis aperit, videlicet quod contra
imperatorem Grecie in adiutorium regi Ungarie
arma movere velit. Hoc quibusdam optimum, qui-
busdam videtur absurdum. Quidam etenim no-
biles dicebant a seculo se non audivisse, quod rex
Boemie regem constituat in Ungaria, nec quod
rex Ungarie regem constituat in Boemia. Quibus
rex respondit: Regem in Ungaria constituere non
intendo, sed regem constitutum contra eius hostes
iuvare volo. Qui me ad hoc iuvare intendit^{iunt}, laudo,
qui vero negligit^{iunt}, mulierum ludis et ocio intendant
feliciter.² Hec a rege suo Boemi audientes quoque
voluerit etiam ultra Sauromas se cum eo esse
paratos refferunt. Contra Grecos in Ungariam mo-
ventur exercitus tam cum suis, quam cum filii

1) Hgl. obau T. (51)

2) Hgl. obau T. 36. gr 1158.

refert dicunt P
quid Raptus P

a

a

Sauromas